

1649. de filio supponendam, Buratt. d. 596, n. 1. dec. 857. n. 4. clare liquet detractiones in libris 2737. monetæ debitas non esse integrè consumptas, pro quibus ex persona ejusdem filii + Lancetis retentio competit, Surd. conf. 576. n. 40, & 41. Pereg. de fideic. art. 39, n. 4. Rot. coram Andr. dec. 80, nu. 1. & in Rom. fideic. de Zuccaris 14. Novembr. 1639. §. quod coram R. D. meo Decano.

Non officit existentia fororum Francisci, quia ex dispositione statuti Cæsenaten. excluere \* feminæ integræ dotis ac legitimæ constituunt Creditorem, juxta tradita per Modern. Foroliv. de legit. lib. I. tit. 4. q. 3. n. 16. & seqq. hujusmodi verò statutaria exclusio etiam in his portionibus locum habet, ut in terminis, quod filia exculsa à successionē + censeatur per statutum à legitima quoque exclusa tradunt Castr. in l. Titio centum, §. Titio genero n. 8. §. 2. præmittitur, ff. de cond. & demon. Ruin. conf. 97. n. 8. lib. I. Crav. conf. 11. n. 13. conf. 236. n. 2. Ceph. conf. 5. per tot. conf. 146. n. 10. conf. 404. n. 1. Hond. conf. 10. n. 20. lib. I. Rot. coram Seraph. dec. 963. n. 4. & dec. 272. n. 10. p. 5. recent.

Minus oblitant præcedentes duas ejusdem prædicti alienationes, altera nempe libr. 210, & altera lib. 152. quia istæ vigore pacti, ibidem adjacti, redemptæ fuerunt postmodum insimul cum toto fundo in Lancettos distractæ, quapropter + non sunt habendæ in consideratione, sed perinde est, ac si præcedentes non emanassent, ne duplicitur partia, ut in simili animadverxit Rot. in Rom. Suppl. legitim. 24. Apr. 1651. ex patenti. & in Rom. fideic. de Candidis 26. Jun. ejusd. an. §. quoniam coram R. P. D. meo Verofpio.

Et hinc cessat etiam aliud objectum ex omessa confectione inventarii deductum, quia non ideo priores illæ bonorū distractiones censentur æquare detractiones + gravato debitas cùm in præsentia de earum constet certitudine, ut respondit Rot. in Perusina fideic. 5. Mart. 1646. §. nam cum illa cor. R. P. D. meo Celsi, & præsumptio occultationis, & alienationis aliorum bonorum ex omissione ejusdem inventarii resultans fideicommissario quidem suffragatur, quando est Reus, & Possessor; secus vero ubi est actor, & immisionem petit contra tertium possessorem ab hærede gravata causa habentem, hoc enim caufi, cùm iste habeat + suam intentionem fundatam in possessione §. commodum Inst. de interd. fideicommissariis debet probare bona præcedenter per hæredem distracta æquare detractiones + ipsi competentes, uti articulo maturè examinato, distinxit Rot. in Perusina bonorum 30. Maii 1650, §. pro intelligentia, in Perusin. fideic. de Rodolphis 14. Junii 1652. §. quoniam alienationes coram R. P. D. meo Cerro, & probant plures relati in alia dec. in hac causa edita 15. Maii 1651, cor. me.

Et ita &c.

#### DECISIO LXXXIII.

R. P. D. C E L S O.

Bononien. de Bologniniſ.

Veneris 2. Maii 1653.

#### S U M M A R I U M.

- 1 Adoptivus legitimam à patre naturali, non ab adoptante consequitur, & n. 2. Fallit, ut n. 3.
- 2 Fructus ab extraneo in Trebellianam imputantur. Per gravatum percepti ejus credita reddunt turbida, n. 7.
- 3 Detractiones non competunt ei, qui inventarium non conficit, & plures fecit alienationes.

6 Immisso non retardatur ob detractiones illigidas.

8 Identitas Bonorum probatur ex inventario. Ex divisione probatur, n. 9. Ex descriptione in testamento, n. 10. Ex possessione in eodem loco probatur, n. 12.

11 Possessio ex litis substantiatione, & liberatione à sequestro probatur.

**T**hadæus de Bologniniſ, qui una cum Bartholomæo fratre plures in partibus sententias reportavit super immisione in possessionem honorū Bartholomæi, & Jo. Mariæ de Bologniniſ, & devoluta causa per appellationē ad Rot. obtinuit decisiones favorabiles super existentia utriusque fideicommissi super purificatione ad ipsius favorē etiā quod portionem Horatii, & Valerii, necnon eidem suffragari legitimacionem Maximiliani Patris; Prosequendo disputationem corā me in locum E. D. Card. Ottobonii subrogato infestit disputari dubium, An Palmerii, & litis Conforib⁹ Adversarii alisque super iisdem fideicommissis competenter detractiones, & nullas cōpetere responsū fuit.

Nā in bonis Bartholomæi frustra petitur legitima ex persona Æmilii, ā ipse non est descēdens à Testatore, sed transversalis, & de tempore adoptionis habebat Patrem naturalem, + à quo legitimam debebat consequi, non autem ab adoptante, l. cū adoptivis, §. sed ne articulum, ibique gl. verbo tantummodo, C. de adopt. Decian. conf. 34. n. 13. lib. I. & conf. 126. n. 10. lib. 3. Gabr. conf. 24. n. 6. lib. 2. Tiraq. in l. si unquam verbo suscepit liberos, n. 8. in fin. C. de revoc. donat. Peregr. de fideic. art. 36. n. 43. Marta de succēs. p. 4. q. 5. art. 2. n. 2. in fin. & p. 4. q. 5. art. 2. n. 42. ver. Ergo præteritus, & n. 45.

Non obstat dec. 360. n. 21. p. 5. in rec. quia loquitur in adoptato ab ascendentē, + non autem ab extraneo, prout ita explicat, & declarat Aret. in l. ex facto n. 12. in fin. ff. de vulg. & pupillar. Bald. in d. l. cum in adoptivis sub n. 5. C. de adopt. cum aliis per Modern. Urbinate, de fratrib. p. 1. c. 33. n. 20.

Trebellianica verò remanit consumpta ex perceptione fructuum totius hæreditatis per spatium annor. 60, & ultra, quos uti extraneus + idem Æmilius in illa tenetur imputare, l. in fideicommissariam 18. ubi Ripa n. 25, & l. deducit 58. §. ante diē ff. ad Trebelli Jubemus 6. C. eod. Peregr. qui plures cumulat de fideic. art. 49. n. 62. Fus. conf. 5. n. 36, & conf. 106. n. 12. Rot. coram Caval. dec. 20. n. 4. & dec. 540. n. 6. in rec. dec. 152. n. 3. in fin. p. 1. & dec. 88. n. 3. p. 5. & in Rom. hæreditatis 14. Decemb. 1646. cor. b. m. Arguelles.

In bonis pariter Jo. Mariæ nullæ competent detractiones, dum ipse Æmilius hæres institutus inventarium non conficit, & quamplura bona dicti fideicommissi alienavit, + nam intrat præsumptio, vel quod illæ fuerint factæ, vel quod fuerint subtrahita bona, ex quibus potuerint fieri, ut millies cœsunt Rota, & signanter in dec. 77. n. 3. & 4. p. 5. rec. dec. 88. n. 23. & seqq. & dec. 726. n. 28. 29. & 33. p. 7. Duran. dec. 360. n. 1. & seqq. Merlin. dec. 265. n. 9. & dec. 383. n. 15. & 16. & fuit dictum in Auximana fideicomiss. 13. Janu. 1640. & 21. Janu. 1642. coram Reverendiss. D. meo Decano in Romana fideicom. de Spiritibus

#### Ad materiam de Alim. Decis. LXXXIII.

149

Spiritibus 12. Jan. 1643, coram R. P. D. meo Bichio, & in Bonon. fideicommissi 5. Decembri 1650. coram me, ultra plures adductos per Gratian. fideicommissi. discept. cap. 570. n. 19, & 20. Unde attentis prædictis non potest Thadeo retardari immisso, + cùm prætentio detractionum faltem remaneat perturbida, & illiquida, Rot. dec. 301. n. 18. p. 6. rec. & decis. 164. n. 9. p. 7. in Romana fideicommissi de Palatiis 28. Junii ejusdem anni coram b. m. Arguell. & in Bonon. fideic. de Pancaldis 23. Jan. 1649, coram R. P. D. meo Peutingero.

Præfertim quia à die mota litis semper Adversarii perceperunt fructus ascendentis ad quantitatē notabilem, + ex quibus dicta prætena credata magis redduntur turbida, juxta gl. final. in auth. perpetua C. de Sacr. Eccl. Alc. conf. 63. n. 14. lib. 9. Rot. coram Merl. dec. 312. n. 5. in rec. dec. 391. n. 6. & decis. 411. n. 26. p. 5. in Rom. fideicommissi de Campagnolis 26. Junii 1648, coram R. P. D. meo Peutingero, & in d. Bonon. fideicom. 5. Decemb. 1650, coram me, & plures cumulat Fusar. de subst. q. 618. n. 45. Peregr. conf. 48. n. 13. lib. 1. & in tract. de fideic. art. 44. n. 22. Rot. corā Greg. dec. 575. n. 9. ibique Addn. ii. rec. dec. 131. n. 5. p. 1. in Firmania fideic. 4. Maii 1648, coram Eminentiss. Card. Ottobonii, in Bonon. fideic. de Amorinis 4. Aprilis 1650, coram R. P. D. meo Melito cum aliis in d. Bonon. fideicom. 5. Decemb. 1650, coram me, & plures cumulat Fusar. de subst. q. 618. n. 45.

Quod autem bona prædicta existant hodie penes Palmerios, & litis Confortes, + probatur non solum ex litis sustentatione, & cautione præsita pro eximendis bonis à sequestris per Judic. relaxatis, ut dixit Rot. coram Verallo d. c. 369. p. 2. in rec. dec. 407. n. 4. p. 5. in Bonon. fideic. 7. Maii 1640, coram Rev. D. meo Decano in Firmania fideic. 4. Maii 1648, coram Eminent. Ottobonii, & passim in aliis.

Sed etiā ex eo, quod ipsi possident in iisdem locis, in quibus possidebat tam Bartholomæus, quam Jo. Maria fideicommissantes, + Unde resultat validissimum argumentum identitatis bonorum, & quod sint eadem quæ possidebant Testatores prædicti, dum ex adverso non doceatur de intermediis acquisitionibus, juxta celebre conf. Fulgos. 145. col. 2. vers. Porri si aliunde Menoch. præs. 15. n. 34. lib. 6. Fus. de subst. q. 618. n. 45. Peregr. conf. 48. n. 13. lib. 1. & in tract. de fideic. art. 44. n. 22. Rot. corā Greg. dec. 575. n. 9. ibique Addn. ii. rec. dec. 131. n. 5. p. 1. in Firmania fideic. 4. Maii 1648, coram Eminentiss. Card. Ottobonii, in Bonon. fideic. de Amorinis 4. Aprilis 1650, coram R. P. D. meo Melito cum aliis in d. Bonon. fideicom. 5. Decemb. 1650, coram me, & plures cumulat Fusar. de subst. q. 618. n. 45.

Et ita decifum altera tantum parte informante, altera verò sepe tæpius monita, & citata.

In eadem. Coram eodem.

Veneris 4. Junii 1653.

**P**ost resolutionem ultimo loco captam, quod Palmeris, & litis consortibus nullæ competent detractiones in bonis Bartholomæi, & Joan. Maria de Bologniniſ. Placuit DD. aggredi disputationem super illorum identitate, quā respectu fideicommissi Bartholomæi constare dixerunt ex Inventario solemniter confecto \* ab Æmilio primo hærede instituto, quod recte probat, bona in eo descripta, fuisse testatoris, juxta text. in l. fin. C. arbit. tut. Bald. confil. 407. n. 6. lib. 1. Peregr. de fideicommissis art. 44. n. 2. relati per Grat. for. discept. c. 765. n. 59. & seqq. Rota coram Penia decis. 392. n. 1. coram Greg. dec. 575. n. 3. ibique Add. lit. B. in rec. dec. 442. n. 2. p. 3. in Bonon. bonorum, seu fideic. de Sanctis 17. Maii 1647. coram R. P. D. meo Bichio, & in Romana fideicom. de Zuccaris 4. Febr. 1650, coram Reverendiss. D. meo Decano. Idque non solum contra confidentem, sed etiam contra illius hæredes, & habentes ab eo causam, quales sunt Palmerii, & litis Confortes Adversarii. Rota coram Caval. dec. 578. n. 5. Merlin. dec. 736. n. 2. in rec. dec. 96. n. 2. & 3. part. 7. in Bituntinga fideicom. 28. Junii ejusdem anni coram me.

Respectu verò fideicommissi Joan. Maria sufficienter justificatur identitas ex Instrumento divisionis + sequente usque anno 1586, inter filios & hæredes ejusdem, in quo Instrumento sigillatum exprimitur bona cum suis qualitatibus, confiniibus, situationibus, & numero tornaturatum, ut bene in proposito ponderat Natta confil. 235. n. 15. Marzar. de fideicom. quæst. 58. in princ. Rota coram Cocc. dec. 120. sub n. 1. & 2. coram Merlin. decif. 244. sub n. 12. dec. 262. n. 1. & dec. 294. in princ. in rec. dec. 417. n. 5. part. 4. tom. 2. & dec. 518. n. 8. & 9. part. 4. tom. 3. dec. 84. n. 9. part. 5. & dictum fuit in Fanen. bonorum 19. Junii 1648, coram bon. mem. Arguelles, & in Bonon. fideic. 5. Dec. 1650, coram me.

Et ulterior constat eadem bona fuisse adnotata, & descripta per Testatorem in ejus Testamento, dum majorem illorum partem particulari fideicommisso subjecit, & alienari prohibuit. Ex huiusmodi enim descriptione, \* & annotatione probari identitatem bonorum, firmavit Bald. conf. 39. n. 3. lib. 1. Mascard. de probat. concl. 778. n. 18. &

Decisiones ad Tract. de Alim.

#### DECISIO LXXXIV.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana Casalis Veteris.

Lunæ 5. Maii 1653.

#### S U M M A R I U M.

1 Concessio emphyteusis ad tertiam generationem masculinam per mortem existentis in secunda generatione, sine filiis, expirat.

2 Verbum, generationis, in abstracto sumptum duplice præ se fert significacionem, abstractum scilicet, & passivam. In concreto positum ad denotandam personam post primum acquirentem successuram, passivè accipitur progenita, & non pro generante, numero 3.

4 Femina non potest dici generatio masculina passivè sumpta, sed solus masculinus.

5 Feminæ a masculinis procreatae dicuntur de generatione masculina, sed non generatio masculina, numero 6.

7 Filia primi acquirendis in emphyteusi pro se, filii, & nepotibus per lineam masculinam descendenteribus non succedit.

8 Instrumentum à capitulis interpretationem recipit maximè quando ad ea relationem habet, n. 9.

10 Verbum hæredes, in emphyteusi masculina ve- rificatur in hæredibus sanguinis, comprehensis in Investitura appositi concessione pro masculis cum ead. in fæces qualitate intelligitur, numero 11.

12 Emphyteusi conceptæ pro masculis hæredibus substantiū illud hæredibus declaratur adjectivo masculis.

13 Masculinum non concipit femininum in prejdicium Ecclesiæ: Declara id procedere in emphyteusi, secus in locatione, n. 14. Nisi fænum

n. 3

*narum exclusio ex claris verbis contrahentium, refultet, numero 15.*

**P**raevis Capitolis in Instrumento desuper confecto insertis RR. Prior, & Canonici Regulares S. Petri ad Vincula concesserunt usque de anno 1574. bon. me. Jo. Bapt. de Victoriis quadam eorum Casale, vulgo Casal Vecchio nuncupatum, à terza generatione masculina, legitima, & naturale, cominciando da tutti li suoi figliuoli natii, e da nascere, &c. cum aliis pactis ibidem adjectis, quantitatem, & modum annualis pensionis, manutentionem bonorum, ac alia concernentibus, & signanter consolidationem utilis dominii cum directo finita dicta tertia generatione praescribentibus. Cùm autem per obitum Marci Antonii Neptoris ex filio primi acquirentis absque prole defuncti anno 1649. moderni Abbas, & Canonici, devolutionis judicium intentassent contra D. Principissam Dianam illius sororem, & legitimam hæredem, Dubium hodie proposui: An Investitura esset finita, & per Dominos affirmative responsum fuit: De concessis enim præcedenter Bernardino de Victoriis anno 1539, & deinde Julio Porcaro nulla est inter partes controversia, quia illa temporis annor. 20. ei profututi lapsu, ista ex defectu beneplaciti Apostolici, & ex cessione Francisci ipsius filii evanuit; Ultima vero, ut supra, ad tertiam + generationem masculinam concepta per mortem Marci Antonii sine filiis, qui erat in secunda generatione expiravit, §. emphyteusim Auth. de non alien. rebus Ecclef. Clar. in §. emphyteusis q. 42. Corbul. de caus. privat. ob finit. lin. n. 1. Rot. dec. 390. n. 2. p. 1. dec. 121. n. 18. p. 7. rec. cum aliis relatis in Ravennaten. Domus 14. Junii 1649. & 17. Martii 1651. coram R. Tarraconen. etlo quod D. Principissa Diana uti descendens ex masculo in hujusmodi Investitura se comprehensam esse contendat; Nam licet verbale nomen generationis + in abstracto sumptum duplicum præ se ferat significationem activam, scil. & passivam ad text. in I. filiusf. 16. ubi gl. ff. de testam. & in §. testamenti autem factiōnē Inst. de hær. qual. & differ. In concreto tamen alicuius concessionis, \* quando ponitur, ut hic ad denotandam personam, quæ post primum acquirentem debeat succedere, ibi, Cominciando da tutti i suoi figliuoli, &c. passivè accipendum est pro persona scilicet generata, non autem pro generante, ut ex Bart. probat Bald. in auth. si quas ruinas n. 3, C. de Sacrof. Eccl. in auth. defuncto n. 2, C. ad Tertull. Præpos. in c. 1. §. 1. n. 7, qui feud. dar. posf. Corn. conf. 219, n. 11. lib. 2, conf. 190, n. 1, ad fin. lib. 3. Soc. sen. conf. 25, sub n. 4, vol. 1. Menoc. conf. 1066, sub n. 2. Rauden. res. 16, n. 17. Rot. coram bon. mem. Merlino, dec. 420, sub n. 4, dec. 314, n. 2, part. 5. recent. & ideo cùm illud in præsenti non sit prolatus ad exprimentem actum generandi, in quo generans est masculus, sed respiciat duntaxat personam ab ipso generatam, hinc sit, quod vigore ejusdem significationis passivæ; + solus masculus ex masculo, non etiam femina, licet ex masculo progenita, dici possit generatio masculina in hujusmodi investitura successibilis, ut probat Corn. d. conf. 190, vol. 3, Castr. conf. 200, sub n. 1, col. 2, lib. 2. Parif. conf. 22, n. 26, lib. 3. Menoc. conf. 883, n. 14. Per reg. de fideic. art. 22, n. 28. Sim. de Præt. de interpr. ult. volunt. lib. 3, interpr. 3, dub. 1, fol. 11, n. 67, vers. Item sub his collectivis, Fusar. de substit. q. 329, n. 5. Gratian. discept. 95, n. 2, & 3, discept. 999, n. n. 3. Rot. coram bon. mem. Merlino dec. 454, n. 13, repetita in rec. dec. 513, n. 12, in fin. p. 5.

**N**on urget, quod foemina \* à masculis procreata dicantur de generatione masculina secundum probat

Capr. conf. 82, n. 8, quem sequitur Mant. de tacit. lib. 22, tit. 15, n. 16. Quia objectum forsitan instare posset ubi concessio facta legitur his, qui sunt de generatione masculina, \* non verò applicatur quando, prout hic, ad tertiam generationem masculinam est concepta, & sic ipsi generationi dirigitur, quo catu ex preallegatis non veniunt nisi masculi ex masculo, qui dicuntur generatione masculina, non autem foeminae, quæ dicuntur generatione foeminae, ut declarando præfatas authoritates respondit Gratian. d. discept. 295, numero 11, & 12, & hac moti ratione filiam \* primi acquirentis in emphyteusi pro se, filiis, & nepotibus per lineam masculinam descendantibus, non succedere firmarunt Castr. in l. maritus 21, n. 5, vers. ego ibique Jacob. de S. Georgio nu. 16. Cod. de procur. Alex. confil. 53, n. 6, vol. 6. Dec. confil. 319, n. 1, vers. sed tamén, Aldobr. confil. 27, n. 26, vol. 1. Ruin. confil. 4, n. 1, vol. 3. Parif. confil. 22, n. 44, lib. 3, Curt. jun. conf. 44, n. 8, in fin. Clar. in §. emphyteusis, q. 36, n. 2, vers. appareat. Caldas de nominat. emph. lib. 2, q. 24, n. 86. Peregr. de fideic. art. 26, n. 28. Molin. de primog. lib. 1, c. 6, n. 38. Fusar. de substit. q. 346, n. 36. Moder. Fulginat. de success. q. 9, n. 2, & 15, aliisque relati in Bonon. fideicommissi de Barberis 5. Decemb. 1650. §. siquidem coram E. D. Card. Corrado, confirmata 19. Febr. 1652, coram R. P. D. meo Bichio.

Minus obstat, quod adjективum illud masculinum in solis duntaxat Capitolis, non etiam in Instrumento + scriptum legatur; quia cum illa proutius forma desuper celebrandi consecuta fuerint, & in eodem, ut dictum fuit, inserta, juxta eorum tenorem, ideo instrumentum recipit declarationem, Surd. dec. 70, n. 3, vers. sed his non attentis. Rot. dec. 194, n. 48, p. 4, dec. 250, n. 16, vers. semper enim, p. 6, rec. in Romana situ 25. Maii 1644, coram Rever. Terracinen. & in Romana vinea 26 Junii 1645, in princ. coram R. P. D. meo Bichio, cum aliis per Adden. ad sanct. mem. Gregor. XV. dec. 168, n. 8, eoque magis quia in præsenti, ad dicta Capitula expressa sibi habitu fuit relatio, quæ operatur, ut de verbo ad verbum in ipso inesse censeantur l. ase toto 77, ubi Bart. ff. de hæred. inst. gl. in l. si negotium 16. verb. gestorum, C. de negoc. gest. Rot. coram Seraph. dec. 451, n. 4, coram Pania dec. 380, n. 14, coram Buratto dec. 61, n. 6, coram Coccino decif. 487, n. 1, coram seq. & in Ravennaten. domus 14. Junii 1649, §. quoniam coram Rev. Tarragonen.

Hunc autem continuatae masculinitatis concurredum, ut supra, requisitorum non excludere vita sunt verba illas, Gio. Battista, e suo heredi\* in Instrumento superaddita, licet semel, ac iterum repetita; Quia verificantur in hæreditibus sanguinis comprehensis in investitura Castr. in l. etiam 19, n. 4, ff. sol. matr. Ruin. conf. 161, n. 9, vers. & dict. etiam opinio lib. 1. Bero. conf. 102, n. 14, lib. 1. Dec. conf. 171, n. 5. Hond. conf. 92, n. 19, lib. 1. Ceph. conf. 400, n. 5, & 6. Mant. de tacit. lib. 22, tit. 19, n. 20. Rot. coram Saraph. dec. 868, n. 1, & d. 407, n. 4, part. 4, dec. 211, n. 3, & 4, part. 6. recent. in Cajetana bonorum 3, Decembri 1646. §. justitia, coram R. P. D. meo Cerro, & in Romana devolutionis domus 10 Decemb. 1651, in princ. coram R. P. D. meo Bichio, & uti apposita post factam concessionem ad tertiam generationem masculinam, \* cum eadem sexus qualitate sunt intelligenda, Castr. confil. 190, n. 4, lib. 2. Dec. conf. 319, n. 2. Rot. coram Verall. decif. 16, n. 4, & 5, p. 2, coram bon. me. Durano decif. 300, nu. 14, & in terminis quod concepta emphyteusi pro masculis hæreditibus, + substantivum illud, hæreditibus, declaretur ab adjektivo, masculis, adeo ut intelligatur tantum de filiis, & nepotibus masculis,

## Ad Materiam de Alimentis. Decis. LXXXV.

151

prob. Bald. in l. Caius 46, n. 4. vers. Raynutius, ff. solut. matr. quæ opinio eo libentius in nostro catu venit amplectenda, quia est favorabilis Ecclesiæ, in cuius præjudicium masculinum \* non continet foeminarum, idem Bald. in l. 2. n. 7. C. de jur. emphyt. & ex communi DD. sententia firmat Tiraquell. de retract. lignag. §. 1, gloss. 9. n. 181, cum seqq. Gabr. de verb. signif. consil. 6. n. 95. Clar. in §. emphyteusis q. 32, vers. sed si fuerit concessa Grat. discept. 295, n. 10, & probavit bon. me. Cantuccius insignis Rotæ Auditor in suo voto, quod habetur inter Decisiones divers. decis. 125, n. 13, part. 2, aliisque relati in Mantuana emphyteusis 7. Junii 1638. §. & facit, quia in contractibus, coram Reverendiss. D. meo Decano, & in Fanzen. seu Senogall. bonorum super bona jure 14. Martii 1649. §. quod autem, coram R. P. D. meo Melito.

Nec relevat, quod prædicta procedant in emphyteusi Ecclesiastica, non autem in locatione, \* in qua regulariter fieri solet interpretatio pro inclusione foeminarum, ut distinxit Rota decis. 737. num. 4, part. 4, tom. 3, recent. Quia quidquid sit an concessio, de qua agitur, sapiat naturam locationis, vel emphyteusis, cum pro utroque contractu plures in præsenti militent hinc inde præsumptiones, & conjecturæ, latè per informantes congetæ, cessare visa est difficultas, ex quo foeminarum exclusio hic non deducitur ex natura contractus, sed ex ejus verbis, præcisam conventionem, & restrictionem ad tertiam generationem masculinam importantibus, \* quæ sive agitur de emphyteusi, sive de locatione, masculos dumtaxat, non autem foeminas comprehendunt, ut respondit Rota coram Seraphino dec. 868, per tot. in Romana domus 22. Aprilis 1644, coram Eminentiss. D. Card. Coccino, & 19. Junii 1645, coram Eminentiss. Card. Ottobono.

Et ita decisum utraque &c.

## DECISIO LXXXV.

R. P. D. ZARATE.

Perusina Census.

Veneris 27. Junii 1653.

## SUMMARIUM.

- 1 Appellatione non prosecuta sententia transit in judicatum.
- 2 Sententia validitas ex revolutione processus insurgit.
- 3 Transportatio actorum de necessariis tantum fieri debet.
- 4 Procurator Dominus litis effectus non potest revocari.
- 5 Instrumentum facit probationem probatam.
- 6 Census extincio facta à non Domino non subsistit, datus in dotem inestimatus remanet in dominio uxoris, numero 10. Inter stabilita numeratur, numero 12.
- 7 Cessio non suffragatur non constito de Jure cedentis.
- 8 Cessionario non creditur non producta cessione.
- 9 Dotis assignatio, facta in certis bonis, denegationem inducit in aliis.
- 10 Tutor sine solemnitatibus censum in dotem affutum tradere nequit.
- 11 Alienare sine solemnitatibus, qui non potest nec ratificare sine illis.

Ratio resolutionis fuit, quia appellatio interposita à sententia R. P. D. mei Ronconi, non solum infra biennium, \* sed nec intra quinquennium fuit prosequuta, nec magis prorogata fatalia, atque ideo transiit in rem judicatam caputum sit Romana de appell. Clem. sicut eodem tit. auth. ei qui C. de temp. appell. Rot. decis. 69. n. 2. decif. 233, n. 2, & 3, p. 7. recent. & in Interamnen. fideicommissi 15 Januarii 1644, coram R. P. D. meo Melito. Et conquepter omnino exequenda venit, non altera, quæ si ab initio provocatum non fuisset, l. si contra C. de appell. l. fin. §. illud C. de temp. appell. Rota in d. decis. 233, n. 5. in Romana Vineæ 28. Aprilis 1648. §. appellatio coram R. P. D. meo Melito. Accidente præserit illius validitate, & justitia.

Validitas enim clara resultat \* ex processus revolutione juxta vulgariam Caputaq. decis. 260, part. 2, quam passim sequitur Rota, ut in Bonon. seu Ferrarien. Pecuniaria 12 Maii proximi preterti §. quinimo coram me. Eademque ex non integrâ actorum transformatione controverti non potest: Quandoquidem, \* acta necessaria, & relevata

n. 4 vantia 3